

tur charitas excipit que dicitur nunquam excide-
re. Charitas quidem etiam ex parte est ut sepe san-
cti docent quod ex parte diligimus nunc et ideo ipsa
evacuabitur in quantum ex parte est quia tollit im-
perfectio et addet perfectio. Remanebitque ipsa
sua et actus eius et modus diligendi ut diligas
deum propter se ex toto corde et primum tuum
sicut te ipsum. Sed imperfectio modus elimi-
nabitur. Fides vero et spes penitus evacua-
buntur. Scientia vero secundum actum et modum
suum qui nunc est non secundum sui essentiam tollit.
Ipsa enim virtus scientie remanebit sed alius
tenebit usum et modum.

¶ Si christus ordinem charitatis prescriptum
habuerit.

Runciam superest

investigare. Si christus secundum modum ordinem
diligendi prescriptum servauerit. Quod si est
omnem hominem sicut seipsum dilexit. Omni-
bus ergo vitam optavit. omnesque saluos fieri
voluit. Sed non omnes salui sunt et ita non
est factus quod optavit. Sed non est ignorandum
in eo fuisse charitatem iuxta modum patrie
non videlicet eumque ordinem diligendi implese quod
servatur in patria non in via. Qui enim in pa-
tria sunt id est iam beatificati sunt a deo iusticie
dei additi sunt ut nihil eis placeat nisi quod
deus placet. Ac pro hoc illorum tantum salutem volu-
gunt et volunt quos deus saluari vult. eosque
solos sicut se diligunt. Ita et christus electos tantum
sicut se dilexit eorumque salutem optavit.

Ista est distinctio. xxxi. huius tertii libri. In
qua magister postquam egit de ordine charitatis. agit de ip-
sius duratione. Et tria facit. Nam primo investigat
de permanentia charitatis in statu viatorum. Secun-
do facit idem quo ad statum comprehensivum. Tertio
an dictus ordo charitatis fuit in christi anima sal-
vatoris. Idemque visus ibi. Advertendum tamen est.
Secundum visus ibi. Runciam. Tertium visus ad finem visus.
In speciali sententia magistri fiat in tribus propositionibus.
quarum prima est. Charitas que amitti potest in via si-
de et spe evacuatis manet in patria. Hanc magister preten-
dens proponit quosdam dicere. quod charitas semel ha-
bita non potest amitti. et quod nullus damnandus possit
charitatem habere. Ad probationem allegat illud apo-
stoli. Charitas nunquam excidit et alias plures autorita-
tes sanctorum que patent in textu. Sed hanc opinionem
magister reprobat pro hoc. quod quidam ad tempus sunt
boni. qui postea efficiuntur mali. et reconvertuntur. sicut pa-
ter per autoritatem evangelii de quibusdam quorum nomi-
na deus dixit esse scripta in libro vite. qui tamen postea abie-
runt retrosum et dicebant scripti in libro vite. sed non
secundum presentiam dei. sed solum secundum presentiam iusticiam seu
gratiam quam tunc habebant. Et hoc confirmat autori-
tate beati Ambrosii. Postea soluit diversas autorita-
tes quas alii pro se allegant. et dicit eas fore intelligen-
das de perfecta charitate que semel habitam amitti non
potest. et non de charitate incipiente et proficiente. Ad

autoritatem apostoli dicit ipsam debere intelligi secundum
finalem effectum charitatis. Secunda propositio est
hec. Imperfectio charitatis in via tollitur a beatis in
patria. Hanc magister ponens querit. cum fides et spes
evacuentur in patria. eo quod sunt explicite. quare etiam
charitas non dicitur excidere. cum etiam ipsa sit explicite.
id est imperfecta. scilicet in via. Et respondet quod charitas
nunquam in quantum est explicite imperfecta evacuabitur
in patria. quia tunc omnis imperfectio tollitur ab ea et ipsa
manebit quantum ad habitum et quantum ad actum. Fides
autem et spes tollunt tam secundum habitum quam secundum actum. sed
scientia dicitur evacuari et destrui in patria. quia licet ma-
neat secundum essentiam. destruitur tamen secundum actum et modum
quem nunc habet. scilicet discursum rationis. Tertio
propositio est hec. Christus secundum modum homo degens in
via ordinem charitatis talem servavit qualem haberet
beati in patria. Hanc magister ponens querit. utrum
christus secundum modum homo servaverit supra dictum ordinem cha-
ritatis. Et arguit quod non. quia dicitur quod sic. tunc omnes ho-
mines sicut seipsum dilexisset. et sic omnes saluos fieri
voluisset. cuius igitur non omnes salui facti sunt. videtur
sequi quod christus aliquid optavit quod tamen factus non
est. quod videtur inconueniens. Unde patet quod non ser-
uauerit supra dictum ordinem charitatis. Et videtur ma-
gister quod christus secundum modum homo servavit tempore ordinem cha-
ritatis qui servatur in patria. et non illum qui servatur
in via. unde confirmat solutionem argumenti. Nam be-
ati in patria ita sunt voluntarii diuine consociationis. ut ni-
hil eis placet nisi quod deo placet. et pro consequens illos
tantum diligunt sicut seipsum quos vult de effectu sal-
uos fieri. Ex quo liquet quod christus tantum electos sicut
se dilexit et salutem eorum optavit. exhibendo eis plura
quibus diuinam voluntatem aduertere possent.

De charitate dei.

Remissis adij. dr. XX XII

¶ **P**ciendum est dilectione dei qua
ipse diligit nos que non alia est quam
illa qua diligimus eum. Dilectio autem dei di-
uina visus est eademque dilectione pater et filius
et spiritus sanctus se diligunt et nos. ut supra dis-
seruimus. Luncque eius dilectio sit immutabi-
lis et eterna. alium tamen magis alium minus di-
ligit. unde Augustinus. In comprehensibilis est di-
lectio dei atque immutabilis qua deus in vno
quoque nostrum amat quod fecit. sicut et odit quod
fecimus. Ad hunc ergo et diuino modo. etiam
quod odit diligit nos. Et hoc quidem in omnibus
intelligi potest. Quis igitur digne potest eloqui
quantum diligit membra vniuersi sui. et quan-
to amplius vniuersi ipsam. De ipso etiam
dicitur est. nihil odisti eorum que fecisti. Et his
incipitur quod deus omnes creaturas suas dili-
git. quia scriptum est. nihil odisti eorum que feci-
sti. Et tamen vidit deus cuncta que fecerat et
erat valde bona. Si omnia que fecit bona sunt
et omne bonum diligit omnia igitur diligit que fe-
cit. et in ea magis diligit rationales creaturas.
et de illis eas amplius que sunt membra vni-
uersi sui. Et multo magis ipsam vniuersi-
tatem.

¶ alia ma-
gis alia min-
diligere debe-
mus.
Aug. super
Iobannem.